



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX**

De S. Heronymo Confessore, vt̄ in festo S. Antonij Abbatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

T. VI  
22

sumus tormentorum eorum ascendit in secula seculorum. Quod à nobis auertat Christus Iesus rex & Dominus angelorum, qui cum Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat Deus in secula benedictus, Amen.

DE S. HIERONYMO CONFESSORE OMnia require in festo S. Antonij Abbatis.

DE SS. VNDECIM MILIBVS VIRGINVM, martyrum, Christi que sponfarum, accipe omnia ut de S. Agnete virgine & martyre.

DE S. SEVERINO EPISCOPO ET CONFESSORE per omnia uti de S. Nicolao Episcopo.

IN FESTO APOSTOLORVM SIMONIS ET Iudæ Epistolam cum sua paraphrasi quære in festo S. Thomæ Apostoli.

EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM  
Festi. Luca X.

1. Cor. 3.

Tedrus & Simon Apostoli quibusdam euangelium Christi predicauerunt gentibus.

Nomen virginis Mariæ quæ Apostolorum primus in uocauerit ac per illud miracula fecerit.

**C**elebramus hodie charissimi festum beatissimorum Apostolorum Simonis & Iudæ, qui quidem ambo Christo fuere sanguinis affinitate propinqui, nempe illius consobrini, filij Alphæi & Mariæ Cleophae, sororis intemeratæ virginis, sed spiritus ac fidei cognatione, morum imitatione longè propinquiore. Quos Dominus in Apostolos suos elegit, non carnis affectu permotus, sed liberrima sua voluntate & gratia, qua etiam præstitit eis, ut digni essent tanto honore, & idonei ministri noui Testamenti, per quos multorum cæca pectora ad agnitionem unius veri Dei illuminarentur. Quod quidem etiam ab illis sedulo curatum est, maxime quando post Apostolorum profecta sunt, alter quidem, nempe Iudas, in Mesopotamiam: alter uero, puta Simon, in Aegyptum: ac deinde simul in Persiam uenerunt. Sunt qui putent hunc Simonem fratri suo Iacobo susceptum in Episcopum Hierosolymitanum: sed id alijs non placet, affirmantibus cum qui Iacobo successerit Simeonem esse dictum, & sub Traiano peremptum Hierosolymis: hunc uero Simonem Apostolum in Persia martyrio coronatum. Scribit quidam ex recentioribus uir eruditus neque contemnenda autoritate, se in occultissimis quibusdam monumentis reperisse, hunc sanctissimum Simonem Apostolum frequenter inuocare nomen summæ Dei matris Mariæ virginis, atque eius fauore hostes Christi & Ecclesiæ destruxisse: eundem ob feruorem in hostes Christi Cananarum, id est, Zelotem merito appellatum. Varia autem recitantur apud Ecclesias diuersas Euangelia: quæ quia omnia exponi non possunt, illud explanandum suscipimus, quod quibusdam locis legitur, & est apud Lucam capite X. in hæc uerba.

Designauit Dominus Iesus & alios septuaginta duos, & misit